

20 *Quomodo hanc consolatinē CAP. 2.*

Christi singulorum compensatur⁹. Sin unius
 obediens hominis peccatum & inobedientia ab
 via est illo non esset expiata, jam certè nec
 efficacior ipsi⁹ obedientia perfecta foret & Ada-
 mi inobedientia efficacior fuisset in-
 dis, quā condemnationem, quam Christi obe-
 dientia in justificationem. Id quod fie-
 ri potuisse negat disertis verbis *B. Pauli*
Rom. 5. Quid ergo cause est cur quis
 quam à perfectissima Christi obedientia
 semet excludere, excipere, nec illā
 sibi asserere & vendicare animum in-
 ducat? Illud poti⁹ veniat nobis in mē-
 tem Christum eo consilio & fine semet
 humiliavisse factumq; obedientē usq;
 ad mortem crucis, hoc est, usq; ad ma-
 ledictionem sempiternam, ut libera-
 ret eos qui erant sub maledictione le-
 gis: in quorum numero sanè omnes
 sumus. Etenim cum nostri protoplasti
 * divinam majestatē nefaria ambitione
Sicut ex affectavissent, idcirco oportuit Chri-
Adamo stum hoc tale tantumq; peccatum ex-
 maledi- trema contumelia & exinanitione ex-
 etio, ita piare, adeoq; ipsum anathema fieri, ut
 ex Chri- super omnes qui in Adam maledicti
 sto benz- diū ad essent, veniret benedictio. UNDECIM-
 omnes perve- MÒ, cum Christi regalis victoria, & tri-
 nit. umphus omnem peccatorum multi-
 tudinē